



Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominic. XVI. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](#)

DOMINIC. XVI.
post PENTECOST.

*Ægritu-
do.*

THESIS I. *Hydropicus erat ante illum. Luc. 14. v. 2. I. Ægrotus Anima sæpe sanatur per morbum corporis. II. Sana & valens Animus sæpè è corpore sano morbum contrahit. Don Florent. Schilling Conc. p. 1.*

Morbus.

THESIS II. *Homo quidam hydropticus erat. Luc. 14. v. 2. Ægrutus tria Sacrificia in se Deo offerat, quibus reperet læsionem trium Divinarum Personarum peccatis factam. I. Sacrificium sui Corporis Justitiae irritatæ, quod Justitiam Divinam suis doloribus placet. Iras Domini portabo, quoniam percavie. Mich. 7. v. 9. Mitigat vim doloris consideratio æquitatis ferientis, S. Aug. II. Sacrificium Spiritus, seu Animæ Divinæ Voluntati, quo eandem submissione sua honoret. Non est, qui possit tuæ resistere voluntati. Esth. 13. v. 9. Rectum dicitur cor hominis illius,*

qui omnia, quæ vult Deus, ipse vult.
S. Aug. in Ps. 100. III. *Sacrificium*
Vitæ supremo suo Dominio, quod per
mortem suam profitetur. Justum est
subditum esse Deo. 2. Mach. 9. v. 12.
Moriamur, ne moriamur, Iethalem vi-
tam vitali morte tegamus. S. Paulin.
lib. Carm. 12. Job in suo simeto ægro-
tus, ut Tertullianus loquitur, parturie-
bat æternitatem. Nicolaus Dijon CA-
PUC. Dom. 18. post Pent.

THEISIS III. *Homo quidam hy-
dropicus.* Luc. 14. v. 2. Morbus
res est I. Hominibus abjectis Formida-
bilis. II. Hominibus generosis Con-
tempibilis. III. Hominibus Christia-
nis Desiderabilis. *Crasset in Consid. Fer.,*
6. post Dom. Sexagesimæ.

THEISIS IV. *Si licet Sabbato cura-
nus?* Luc. 14. v. 3. Multi nimium sa-
nitati student. I. Eam procurando e-
tiam sumptibus, qui detrahunt gloriae
Dei. II. Etiam Medijs, quæ obnoxia
sunt ædificationi Proximi. III. Deni-
que Modis adversantibus Ordini Com-
munitatis, quam delicata hac vivendi
methodo, & singulari valetudinis suæ
studio turbant. *Id ibid.*

*Caranii-
mia valea
tudinis,*

P THE.



*Cognitio
Dei.*

THEISIS V. *Ipsi observabant eum,*
Luc. 14. v. 1. I. *Cognoscere Deum,*
& non cognoscere suam propriam mi-
*seriam, & nihilum, parit *Præsumptio-**
nem II. *Cognoscere suam miseriam,*
*& non cognoscere Deum tendit ad *Di-**
sperationem. III. *Observare & co-*
gnoscere Abyssum Divinæ Misericor-
*diæ excitat *Spem*, & procreat *Gaudium**
Sanctorum.

Observa-
tio.

THEISIS VI. *Et ipsi observabant*
eum. *Luc. 14. v. 1.* *Bona & mala*
observatio, prout quis destinat in cor-
de suo. I. *Observarunt ejus Vitam.*
II. *Observarunt ejus Doctrinam.* III.
Observarunt ejus Miracula.

Humilia-
tio.

THEISIS VII. *Qui se exaltat, hu-*
miliabitur. *Luc. 14. v. 11.* *Pharisei*
se se extulerunt in sua Doctrina, in sua
Religione, in sua Dignitate, in omnibus
his Christus eos humiliavit. I. *In Do-*
ctrina, eos interrogando : Si licet Sab-
bato curare ? at illi tacuerunt, velut
ignorantes rem tam facilem. II. *In*
Religione, objiciendo iis, quod in Sabba-
to asinum vel bovem in puteum caden-
tem extrahant, quod utique plus est
quam verbis curare hydropticum. O.
sten.



stendit ergo, quod ipsi violent Sabba-
tum magis. III. In Dignitate, eos de
primo loco rejicio : Vade, recum-
be in novissimo loco, quibus verbis ar-
guit illos superbie. Durand. part. 2.
Character Sandorum, hic.



DOMINIC. XVII. post PENTECOST.

THESIS I. Diliges Dominum Deum Cor-
tuum. Matth. 22. v. 37. Hu-
manum amorem meritò sibi vendicat
Deus I. Ut Principium cordis : Nam Cor
hominis est Divino amori consecratum
à Natura, à Gratia, à Similitudine Dei
impressa. II. Ut Centrum cordis, nam
cor hominis Deo unitum habet à suo
Centro perfectionem, immobilitatem,
satietatem. III. Ut Magnes cordis :
nam Magnes cordis Deus est, quod ad
se trahit per munificam Creaturarum
lartitionem, humilem Verbi Incarna-
tionem, copiosam Sanguinis Christi ef-

P 2

fus

